



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi**

**Johannes <Climacus>**

**Coloniae, 1583**

**VD16 J 520**

Mirabilis emendatio Epistolæ Beati Leonis Romani Pontificis ad Flavianum  
scriptæ. Capvt. CXLVII.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

hidiaconus Iulianus, vt adoraret, dixitq; illi Pontifex: Quare non seruasti ordinem, Archidiacone Iuliane. sed absq; nuncio, ascendisti ad me nocte ista? ait: Per orationes domini mei, neq; huc ascendi, neq; de domo descendi, nisi hora ista tantū. Intellexit tunc magnus Eulogius, Iulianum se vidisse, martyrem, hortantē se ad erectionē templi sui, quod ex tempore ferme resolutum, & antiquum ruinam sui minabatur. Magnaq; cū alacritate amantissimus martyris porrexit manus, eiusq; crexit templum, à fundamentis ipsum instaurās & omnigeno ornatu illustrans, vt sacro martyri conueniebat.

- 1 *Ecce quomodo etiam antiquo tempore horae Canonicae erant in vsu, inter quas Matutinum recensetur.*
- 2 *Habes hic orationem cum prostratione.*
- 3 *Colligis ex hoc loco, quod templorum instauratio est in honorem sanctorum, & illorum ornatus Deo placeat, & opus est laudabile.*

*Mirabilis emendatio Epistolae Beati Leonis Romani Pontificis ad Flavianum scriptae.*

C A P V T. CXLVII.

**N**arrauit nobis & hoc Abbas Menas eiusdem cœnobij pater. audisse se eundem Abbatē Eulogium Alexandrinum Patriarcham diacentem: Cum profectus essem Cōstantinopolim fruitus sum contubernio domini Gregorij Romani Archidiaconi, summi, & singularis viri. Arrauitq; mihi de sanctissimo, ac beatissimo Leone Romano Pontifice, dicens haberi scriptum in Ecclesia Romana, quod cū scripsisset epistolam ad sanctum Flavianum Constantinopolitanum Episcopū contra impios Eutythen, ac Nestorium, posuerit



posuerit eam super tumulum principis Apostol. Petri, & orationib. ac vigilijs, & ieiunijs vacans, orauerit ipsum summum Apostolum dicens: Si quid vt homo, vel minus cautè posui, vel etiam omisi, tu, cui à Domino Deo, saluatore nostro Iesu Christo, & sedes hæc, & Ecclesia commissa est, emenda. Post 2 quadraginta verò dies apparuit ei Apostolus oranti, & dixi ei: Legi, & emendauit. Sumensq; epistolam de sepulchro beati Petri, aperuit eam: & inuenit Apostolica manu emendatã.

1 Nota Orationibus ac vigilis, & ieiunijs vacans.

2 Vide in quanta etiam olim veneratione sanctorum sepulchra habebantur, & quantam potestatem habeant Sancti post mortem.

Visio Theodori Episcopi Darnæ de eodem Beatissimo Leone.

## CAPVT CXLVIII.

**T**heodorus sanctissimus Episcopus Darnæ ciuitatis, quæ in Libya est, narrauit nobis, dicens: Cum essem cubicularius sancti Papæ Eulogij, vidi in somnis virum reuerendi habitus, statura procerum, dicentem mihi: Nuncia meum Papæ Eulogio, aduentum. Ad quem ego: Quis es domine qui iubes, vt nunciem? Respondens ille dixit mihi: Ego sum Leo Romanus Pontifex. Ingressus igitur ego nunciaui dicens: Sanctissimus, & beatissimus Papa Leo Romanæ sedis antistes conuenire vos vult. Cum hoc audisset Papa Eulogius, exurgens concitus cucurrit in occursum eius. Salutantesq; se inuicem, oratione facta, resederunt. Tunc verò diuinus, & eximus Leo dixit sancto Eulogio: Scis, quare huc venim ad vos? Respondit ille: Non. Ait ipsi: Veni, vt vobis gratias agerem, quia rite, & magnificè